



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Partitio negotiorum inter substitutos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Indictiones, celebrationes, & promulgationes Iubilorum, Indulgentiarumque pleniarum, Synodorum, ac aliarum eiusmodi grauum rerum.

Consecrationes eccliarum, & altarii, praeferit insiguum, quæ in Civitate fiant.

Recognitiones item, & translationes solennes reliquiarum sacrarum vbi que faciendas.

Alia denique eiusmodi.

**Quæ à sub-  
dit.** Ceteri actus, & instrumenta voluntariae iurisdictionis potissimum per dictos duos substitutos nomine Cancellarii recipiatur, nisi que Archiepiscopus, vel Vicarius generalis, ob rerum gravitatem, aut illustrium personarum dignitatem, aliamve causam, ipsum Cancellarium per se recipere iussit.

**Quæ à No-  
mbris.** Quæ vero sunt contentiose iurisdictionis in causis ciuilibus, & criminalibus, recipiatur Cancellarii nomine per Notarios substitutos, nisi ex causa ut supra aliquando aliud Archiepiscopus iussit, vel Vicarius generalis.

**Quæ ab a-  
lii sicut: Cæ-  
llarii no-  
mine facta  
senantur.** Ita vero quæcumq; ad Cancellariam pertinentia omnia fiant sub nomine ipsius Cancellarii, vt licet recipiantur a substitutis, censeantur omnia ab ipso recepta, & de illis quorum rogatus sit ipse rogatus.

In subscriptionibusque hoc idem servetur, ve semper fiant nomine Cancellarii. Nullus verò ex Notariis substitutis subscribat alii actui voluntariae iurisdictionis, sed solus Cancellarius; nisi sit absens, aut agrotet, aliave causa ab Archiepiscopo probata impeditus; aut ille actus fiat, non ab Archiepiscopo, nec a Vicario generali, sed ab alio inferiori ministero quibus causis subscribat Notarius substitutus, sed nomine Cancellarii ut supra.

Cancellarius in actibus publicis ad fauorem partis, & in omnibus judicialibus, & contractibus, subscribat se semper nomine Notarii, & Cancellarii. In alijs sufficiet nomen Cancellarii sine expressione nominis Notarii.

Apponat vbi necesse erit, semper Notarii signum.

Subscriptio autem sit in hanc formam.

N. Notarius, & Cancellarius Archiepiscopal, vel, N. Cancellarius Archiepiscopal.

Notarij autem substituti subscriptant in hanc formam.

Pro Cancellario Archiepiscopali N.

Notarius substitutus.

Quicunq; Notarius substitutus Instrumentum ad Cancellarium pertinet, suo, non Cancellarii nomine receperit.

Qui item Instrumentum ad Cancella-

rium pertinens, suo nomine ediderit,

licet non publica auctoritate minitum;

Qui ex sua breviatura in substantiali-

bus aliquid mutauerit; Qui Instrumentum

nomine Cancellarii receptum sup-

preserit: ij omnes, & singuli, ultra pœ-

nam falsi, ac alias poenas quas de iure

incurrunt, eò ipso officio Notarii sint

priuati, ac perpetuo ad illud exercenda

dum inhabiles.

Qui instrumentum nomine Cancellarii

receptum, eiusve breviaturam Can-

cellario consignare malitiosè distule-

rit; aut ex negligentia culpave instru-

mentum, aut breviaturam amiserit; vi-

tra refectiōē damnorum propterea

parti illatorum, arbitrio Archiepisco-

pi severè puniatur.

Cancellarius ipse inter sit frequentiori Cællarius

bus Cleri congregationibus coram Ar- qbus cōgre

chiepiscopo, aut Vicario generali ha- gationibus

bendis; ceteris vero alijs ex substitutis,

pro ratione materiæ tractandæ, & con-

gregationis habendæ.

**Partitio negotiorum inter substitutos.**

O Mnes, & singuli Notarii substituti, & scriptores Cancellarii in omnibus pareant, Cancellariæq; offi-

cij dent operam in omnibus causis, au-

etis, & negotiis indistincte, vt illis ius-

serit Cancellarius.

Ipsæ vero Cancellarii partiatur illis

negotia, vel generatim, vel sigillatim;

ioque, vel per sortes, vel re communi-

cata cum Vicario generali, vel alijs, vt

opus erit, pro conditione causa requi-

rentis maiorem industram, vel alia

ratione; & vbi à Vicariis extraordina-

riè requiratur de aliquo substituto ido-

neo pro ratione negotiorū causarum nivis

ad quas adhibendus est, prouideat de

Nota-

Cællarius  
eo subscrī-  
bit.

Notario, ita ut satisfaciat Iudici, vt  
æquitas, & ratio postulabit.  
Quod si aliquis ex substitutis ob suspi-  
cionem alterius partis aliam re causam  
amouendus erit, tunc seruitur forma iuri-  
ris in concordantibus partibus coram lu-  
dice.

Communiter tamen, nisi aliud Archie-  
piscopo videbitur, ita distincta sint illis  
negotia, vt scilicet duo sint adiutores, &  
substituti Cancellarii in rebus voluntariæ  
iurisdictionis; quorum unus det o-  
peram expeditionibus variarum licen-  
tiarum, facultatum, & literarum paten-  
tiuum, necnon & aliarum, etiam ad Semini-  
narium, & monasteria monialium per-  
tinentium: Alter vero instrumentis cu-  
jusvis generis conficiendis.

Vnus Notarius substitutus in causis In-  
quisitionis, qui etiam precessus crimi-  
nales monialium, & regularium viro-  
rum conficiat.

Vnus, aut duo alii Notarii substituti in  
causis criminalibus.

Duo in causis ciuilibus ordinariis.

Duo item, vel tres ad usum visitationis,  
tam per Archiepiscopum, quam per alios  
eius ministros faciendarum.

Notarii vero causarum ciuilium non se  
interponant in causis criminalibus, nec  
è conuerso; nisi aliter Cancellario, vel  
Vicario generali, ex causa aliquando  
videatur.

De scripturis in Cancellaria cōficiēdis.

Communia de forma scripturarum, &  
librorum.

**N**onnullæ Cancellariæ expeditiones  
dictatæ conscriptæ a partibus,  
alijsve pertinentibus capiantur; sed a Can-  
cellario ipso, eiusve substitutis dictetur,  
& conscribantur, extendantur ve-

In librum dietim redigantur formulæ  
quatuorcumque expeditionum, quas in  
dies ab Archiepiscopo probari, & stabi-  
liri contigerit ad usum huius fortis Archiepiscopalis.

Omnes vero expeditiones sicut ad præ-  
scriptū, formulārū stabilitarū; nisi  
aliquid expreſſe Archiepiscopus, vel  
Vicarius generalis aliquid immutādum  
detrahendum ve censuerit.

Cumq; aliquid in villa expeditione, pre-  
ter formulam præscriptam, ponendum  
erit, conficiatur in primis in Cancella-  
ria minuta illius expeditionis, eaque o-  
stendatur Vicario generali, & ab eo ap-  
probata, certa aliqua nota subsignetur;  
tum demum ipsa expeditiō Archiepisco-  
po subscrībenda afferatur, signo in ea  
posito, per quod Archiepiscopus facile  
videre possit, quid extraordinarium in  
ea continetur.

Idem seruetur in omnibus illis expedi-  
tionibus, quibus adhuc nulla forma pre-  
bata expreſſe est præscripta.

In calce cuiuslibet expeditionis, que sit  
in scriptis ab Archiepiscopo, vel Vicari-  
o generali, notetur summari, & bre-  
viter quæ in ea continentur.

Ne actis, decretis, ac ordinationibus,  
alijsve cuiusvis generis scripturis, que  
ab Archiepiscopo, seu à Vicariis, & In-  
dicib; subscrībī solent, Cancellarius,

etiusve substituti Notarii, subscribant;  
nisi visa prius Archiepiscopi, seu Vicarii,  
Iudicisve subscriptione.

Applicationes Tertiōrum, p̄bendā-  
rum, canonicarum, vel dignitatum ex  
Tridentini Conciliis decretis facienda,  
expediantur per publicum Instrumentum,  
& in librum Instrumentorum re-  
ferantur.

Itidem seruetur in certo numero mo-  
nalium cuiq; monasterio ex Cencilio  
Tridentino, & Decreto congregatio-  
nis vrbis statuuntur.

Omnis expeditiones ad moniales per-  
tinentes, antequam Archiepiscopo, vel  
Vicario generali subscrībendæ offeran-  
tar, prius Vicario ipsarum monialium  
exhibeantur subsignandæ, vnde appar-  
eat ab eo probari; nisi cum ab illis fecer-  
tum fuerit.

Stylo cuiq; ne subscrībat Cancellarius,  
vel substitutus, sine expressa licentia Ar-  
chiepiscopi; sed seruetur decretum Con-  
ciliis Provincialiis.

Cancellarius, quoties his Decretis con-  
stitutionib; subseruet conficeret libru-  
m aliquum authenticum, seruet hanc ra-  
tionem; ut initio libri ponat inscriptio  
nem his verbis.

In nomine Domini, Amen.  
Hic liber est mei N. Notarii, & Can-  
cellarii

Self. 25. de  
regul. &  
monialib.  
cap. 3.

Prou. 1. in  
de not. N  
serib; pag  
25. 6. Pode  
lantibus.